



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

VII. Vbi Augustinus episcopus cum Synodo Nicaenum Concilium seruare
promittit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

BONIFACIVS P.I. CARTHAGIN. VI. HONORIVS THEODOSIVS IMP. 439

me adhuc moueat, reticere non debo. Si episcopus forte iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoueatur aduersus presbyterum sive diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem electus, ut finitimos interpellet episcopos, ut causam suam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum elecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, * aut probetur eius, aut emendetur sententia, &c.

VII.

Cumque recitaretur Augustinus ecclesiæ Hipponis Regiensis, legatus prouinciæ Numidiæ dixit: Et hoc nos seruatuos profitemur, salua diligentiore inquisitione Concilii Nicæni. Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestræ caritati placet, responsione firmate. Vniuersum Concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus ecclesiæ Suffetulæ, legatus prouinciæ Byzacenæ, dixit: Quod constitutum est in Nicæno Concilio, violari a quoquam nullatenus potest.

VIII.

Faustinus episcopus, legatus ecclesiæ Romanæ, dixit: Adhuc secundum professionem sanctitatis vestræ, tam sancti Alypii, quam & fratris nostri Iocundi, aliqua infirmari credo, aliqua firmari debeat, cum iam in dubium ipsi Canones venerint. Ergo, ut placet & nobis & beatitudini vestræ, ad